



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, praecipuè aegras & captivas ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

§. 4. Quis modus in Visitatione Amicorum Apostolica observandus sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](#)

mundi luminaria lucebant coram Hominibus, paulatim ex conversatione secularium & confabulatione tepefacti, pristina opera secularis vita miserabiliter ceciderunt! Quoties Operarius ad ejusmodi Visitations exit, toties suadere deberet, sibi in aure illa Cant. 6. verba à DEO inatque surrari: Revertere, Salamitis, revertere, ut intueamur te, vel

IV. Denique Opportunissimam quoque decet esse Visitationem, juxta illud Salominis proverbium c. 25. *Mala anima in lectis argenteis Verbum in tempore suo*, id est, sicut in Born aurea supra columnas posita singularem loco, in quo *coricale stunt*, decorum, gratiamque conciliant; ita sermo quo loco opportuno tempore prolatus ipsi, qui cum profert, æstimatur virginem aliorum & benevolentiam promeretur. Ut autem portunus sit, tria tempora maximè cavenda sunt, ne in talis Visitatio suscipiatur. Primo. Cùm in gravi perturbacione aut recenti luctu sunt constituti; tunc enim, ut Musica hist iuætu, importuna est narratio & visitatio, eò quod dolores sensum suum, quem pauci comprimere possunt, aliis revelantur, erubescant. Secundo. Cùm festiva gaudia & ludos consuetudine cum Amicis instituere decreverunt; tunc enim, cum huius autiores esse cupiant, exosos habent, proculque abesse cupi blidejusmodi severiores aut graviores arbitros. Tertiò. Cùm negotiis variis implicati ac gravati sunt; tum enim, cum operumque toti immersi sint talibus negotiis, non nisi cum magna violentia, ac indignatione à talibus curis abstrahuntur. Quo sane in genere illustre iterum exemplum S. Ignatius liquit, de quo Ribadeneira testatur, eum, cùm ad Principem virum aliquando adire vellet, ejusque convenienti copiam fieret, quatuordecim horas jejunium exspectasse, ut bene rendæ rei occasionem commodam, & opportunum allocutus tempus obtineret.

§. IV.

Quis modus in Visitatione Amicorum Apostolica observandus sit.

I. Cùm Visitatione, de qua hoc loco agitut, per mutuum loquium potissimum tanquam potissimum instrumentum perficiatur, meritò easdem ferè conditiones, q

alias in similibus collocutionibus observandæ præscribuntur, implere decet.

¶ Quod II. Et primò quidem *Apostolica seu sancta* sit hæc colloquies, quod si tuta ad animas DEO lucrandas ordinetur, EO in atque adeò sermones, vel de rebus spiritualibus instituantur, ut certè si adiaphoris vel indifferentibus de materijs habentur, per bonam & sanctam intentionem ad DEI gloriam & animarum lucrum ordinentur. Nam, ut sapienter S. Carolus Borromaeus l. 4. Epit. Instit. monuit, plurimū refert ad Clericalem dignitatem conservandam, omni tempore, omnique loco de spiritualibus rebus sermonem inferre; quia, ut Beata Virgo S. Brigitæ l. 3. revel. c. 15. revelavit, quando bonus loquitur malis, efficiuntur boni ex auditu, & propter spiritum Dei bonum, & propter bonitatem docentis. Cujus doctrinæ alium etiam fructum P. Petrus Faber, ut Orlandinus l. 3. hist. Soc. n. 29. testatur assignabat, quando dicebat, ad præmulerent castimonix thesaurum, obstruendosque aditus insidiatoris nequissimo plurimū conducere, si mox ab initio congressus pios quis de Deo & divinis rebus sermones inferat, aut certè alijs pietatis officijs Religionem suam palam ac publicè profiteatur; sic enim, dum suæ famæ servit, ceterosque à flagitio suæ probitatis opinione coercet, unâ, eademque opera & pudori suo consulens & alieno. De ipso certè Fabro Raderus in vita P. Canisij l. 1. c. 2. hoc memorati P. Canisij testimonium refert: Nullum ex illius ore verbum, sive in usu, familiarisque congreSSIONE, sive, dum mensæ accumbit, prodire audio, nisi quod DEI honorem & pietatem sonet; neque tamen ob facundiam audientibus gravis & molestus est. Idem de S. Antonio testatus est S. Athanasius in vita, dum dicit: Sermo ejus Sale conditus, consolabatur mœstos, docebat inscos, concordahat iratos, omnibus suadebat, nihil amoris Christi anteponendum, proponebatque ante oculos, bonorum magnitudinem futurorum, & DEI clementiam, & beneficia retexebat. Hinc ulterius hujus exercitij, conversationisque fructum explicans, quis, inquit, non tristitiam apud Antonium mutavit in gaudiū? quis non iram vertit in pacem? quis orbitatis luctum non ad ejus temperavit aspectum? quis non mœrore paupertatis, quo premebatur, abjecto statim, & divitium despexit opulentiam, & in sua lætatus est paupertate?

70 *De Visitatione Amicorum Apostolica.*

quis post lassitudinem Monachus non ejus est adjutus hoc
tu! quis adolescentis ætatis accensus ardoribus non ex cerro
admonitu pudicitiae amator fuit? quis vexatus à Diabolopraeser
medela rediit? quis inimici cogitationibus distractus, cunctis
tempestate sopita, sereno non regressus est animo.

III. Secundò prudens quoque sit eadem colloquio, opere
tet; quæ prudentia in tribus maximè capitibus cōsistit. Prid est
Ut, quemadmodum S. Ignatius P. Maffeus l. 3. c. 11. fecit
testatur, sermonis initia alijs concedat, extrema sibi referat
caveatq; ne de rebus etiam divinis inepte, vel ad satietatem
ac fastidium tractet; quod ipsum etiā S. Franciscus Xaverius
teste Tursellino l. 6. c. 11. faciebat, ut qui salubres sermo*incipit*
ne satietatē afferrent, mirā solertiā, varietatēq; misere*re dicitur*
sueverat. Secundò. Ut sermonem iis, quibuscum loqui
prudenter accommodet; sic iterum Ribadeneira l. 3. c.
S. Ignatium fecisse testatur sequentibus verbis: *Ad omnes ipso*
ingenia facile aptare, sermonemq; temperare novit. Cum autem
tate deditis de rebus sacris; cum eruditis docta colloquuntur
miscere; cum milite de re militari: cum fabris de re fabricare;
agere, ut mox tandem de Deo sermo subjeceretur. Tertiò
quemadmodum idem S. Ignatius iterum faciebat in o*autem*
sermone, maximèque in pacificandis hominum animis,
controversiis rebus definiendis, tractandisque divinis rebus
cam moderationem, cautionemque adhibeat, ut nihil
prudenter excidat, sed verbum quodcunque nostrum cogit
ad multorum aures perventurum.

IV. Tertiò *Amabilis*, gratiaque esse debet eadem col-
loquio; qualis erit, si primò diligenter attendat, de qua re i*autem*
cum quo conversatur, libenter loquatur, & aliquamdiu in
hæreat. Secundò. Si ostendat, se magnam de ipso, & illis
rebus estimationem fovere. Tertiò. Si dicta, factaque
lius, præsertim indifferentia, aut non manifestè mala in
liorem partem interpretetur, docendo, quomodo id bene
aut fieri possit sine peccato, cum tali videlicet, vel tali circu-
stantia, quam illum adhibuisse, se non dubitare ostendet.
enim ille animum colloquentis summopere probabit; ac
et fortè runc temporis debitam cautionem in verbo vel opere
non adhibuerit, tamen jam sine ulla læsione, quomodo
rectè fieri debeat, edictus in posterum debito modo id faciat.

Qu

s ho Quartò. Si illi spatiū loquendi & occasionem præbeat, in ex terrogando, vel dicta per suavem jocum illi accommodando, polo præsertim si in spiritualibus non sit crudis, vel saltē aliqui us, cœductus; modò non det ullum indicium, se illum ex professo instruere velle.

o, op. V. Quartò *Innocua*, vel maximè etiā debet esse collocutio, r. Prīd est, ut ne inīni vel detrahendo, vel murmurando, vel aliā fequāvis ratione offendendo noceat; cùm enim is, qui audit, refermeritò cogitari possit, Operarium, qui de alijs coram se sic ieta loquitur, etiam coram alijs de se audiente pariter locutus aveni xumi, hoc ipso suspectam & exosam illius charitatem habere rmo incipiet, atque adeò minùs benevolè sermones ipsius excere piet. Unde si uspiam alibi, hic regula à S. Bonaventura in spec. oqui discipl. p. 3. c. 3. assignata observari debet: Erubescant dice- 3. c. re de absente, quod cum charitate non possent dicere coram omni ipso. Imò & regula ipsius Spiritus Sancti Eccl. 19. dicentis: Cum audisti verbum adversus proximum tuum: commoriatur in collor te, fidens, quoniam non te disruptet. Quo in genere singula- e fab riter iterum S. Ignatius excellebat, de quo sic scribit Ribade- neira l. 5. c. 6. In laudando parcus fuit, in vituperando parcifimus. Superlativis (ut vocant) vix utebatur nominibus. De alijs nunquam detraxit, detrahentibus aures nunquam pat- fecit. Alienorum vitia etiam publica, & quæ in ore omnium versarentur, in sermone quotidiano ipse nunquam usurpabat, & in illa, ne alij incurrent, cavebat. Si quid tamen alijs ex- cidisset, ipse vel elevabat, vel etiam excusabat factum, aut animum certè & voluntarem. Quòd si rei atrocitas excusandi, minuendique omnes aditus præcluderet, eò perfugiebat: Nolite ante tempus judicare. DEVS solus intuctur cor. Do- mino quisque suo stat, aut cadit. Cùm autem gravissimè ju- dicabat, id unum dicere solebat: Ego quidem hoc non feci- sem. De erratis Domesticorum mirum silentium: neque, si quid minùs decenter ab aliquo admissum esset, cuiquam ape- riebat, nisi fortè ut emendaret, & tunc quidein tam modestè ac mansuetè, tam existimationi illius, qui peccaverat, ami- cè, ut, si unus testis satis esset ad remedium, duos non adhiberet, nudāmque culpam poneret ante oculos, nullâ adhibitâ contentione, aut reprehensione verborum.

VI. Quintò denique gravis seu seria etiam collocutio
E 4 esse

72 *De Visitatione Amicorum Apostolica.*

esse debet, ita ut Operarius sibi de verbis & sermonibus dictum existimet, quod S. Augustinus in regula suis Religis de moribus scripsit dicens: *In omnibus moribus vestris sermonibus nihil fiat, quod cujusquam offendat asped* (& auditum) *sed quod vestram deceat sanitatem.* Unde I. V.
 omnibus jocis & facetijs risum crientibus sedulò abstinere
 bet, eumque in suam memorabilis sententiae à S. Bernardus gori
 const. mor. c. 13. prolatæ meminisse: *inter seculares nugae, ran-*
ges sunt, in ore Sacerdotis blasphemie. Consecrati os tuum ee
vangelio, talibus jam aperire illicitum: assuefacere sacri singu-
lum est. Labia Sacerdotis, ait Malachias c. 10. custodiunt adi-
 entiam & legem ex ore ejus requirent, non nugas profecto post
 fabulas. Cujus ulteriorem rationem assignant Clemens A. sal f
 xandrinus l. 2. de pœd. S. Basilii, S. Bernardus. & alij SS. Pan Pash
 quod scilicet, cum verba omnia à cogitatione & moribus pro-
 manent, fieri non possit, ut verba aliqua proferantur ridicula
 quæ non à moribus ridiculis oriri, atque adeò Sacerdoti brui-
 qui nihil nisi sanctum & honestum in pectore continere cere-
 ditur, meritò dedecere credantur. De S. Chrysostomo ceret petr
 statur Metaphrastes, non modò ipsum ab ejusmodi ludicris cera-
 ridiculis sermonibus abstinuisse, sed neque alijs, ut de simili adm-
 bus loquerentur, permisisse. Præsertim verò hoc in genero ater-
 gnatius iterum excellebat, de quo Ribadeneira l. 5. c. 6. aud
 sribit: Ejus sermo sententiarum erat gravitate plenus, in qua
 verborum copiâ, simplèxque potius & aperta videbatur in ut in
 ratio, quam aut amplificatio, aut confirmatio rerum, & co-
 tentio. Atque hunc in modum magnam habebat ad persu-
 dendum vim ejus Oratio, & tamen propensionem Animis
 neutrā in partem aperiebat. Illud erat in sermone prudens
 ijs multūm hærebat, eaque levibus prætermissis narrationi
 ipsa ponderabat. Tanta ejus erat in sermone gravitas, atq[ue] lice-
 efficacitas, ut non tam humana videretur, quam divina: qui dūs
 cunque enim volebat, impellebat homines non verborū (&
 ullā vel copiâ, vel elegantiâ, sed vi sententiarum ac ponderis loq[ue]-
 Pervicaces ac ferreos etiam emolliebat, flexibilēsq[ue] ad omni
 reddebat ac tractabiles, suōque imperio sic obedientes, ut
 ipſi, suāque mutationem saxe mirarentur.

G. IV

